



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Manvale Parochorvm, Sive Institvtones & Praxes Tum
Vitæ, tum Officij Pastoralis**

Musart, Charles

Monachii, 1654

XXII. De infectis morbo contagioso praxes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41616

cùm agetur de iuuandis moribundis,
quæ ad hunc quoque locum faciant,
in quo diutius nonnihil verfor, quòd
hæc res maximi sit momenti, ex quo
nimirum pendet æternitas.

N V M: XXII.

De peste, alióne contagioso morbo infectis.

Bonus Pastor animam suam ponit
pro ouibus suis : hoc Christus
docuit, & fecit. Idem à te, cùm opus
est, requirit officium, quod suscepisti.
Opus autem est infirmis vel maximè
Sacramentum pœnitentiæ , si fortè
sunt in statu peccati mortalis, et si au-
tem perfecta contritio ex vero Dei
amore concepta peccatorem Deo re-
conciliare possit ; tamen difficilior
est illa , & rarior, quàm vt æternæ sa-
lutis discriminem exponi debeat peri-
culo. Neque desunt ex prudentiâ ,
& arte medicâ , etiam in morbis con-
tagiosis, imò pestiferis industriæ , & re-
media , quibus vt eorum animas ser-
ues,

138 *Institutionum Pastoralium*
ues, te, & alios sanos conseruare pos-
sis, à Medicis hæc faciliora præscri-
buntur. Corpus nitidum sit, veste
tersæ, ne malum facile adhærescat:
aures, oculos, nares, os aceto forti-
quale est ex floribus Sambuci, &c.
ablue: stomacho non sis ieuno: e
collo sacculus pendeat cordi vicinus,
in quo præseruatiua contineantur:
similiter globulus sit in manu ita per-
foratus, vt in nares exspiret alexi-
pharmaca, iuuant Angelica, Zedo-
ria, &c. Prudentia hæc etiam dictat:
ne subeas locum infectum, si ex limi-
ne, aut foribus, aut fenestrâ infirmum
alloqui, & audire possis; si tecto sub-
eundum, nō terreare; hīc enim pluri-
mūm apprehensio mali nocet, lo-
cus fumo idoneo purificetur, declini-
oris halitum, neque proprius accede-
& citò expedi: quare mone pœnitentem,
esse tunc abundè satis, si paucula
ex iis, quæ grauius conscientiam pre-
munt, breuiter expromat, imò venia-

le

le aliquod peccatum, quod infamiam non creet, è vitâ priori fateri posse, si alii præsentes sint, qui remoueri non possint: imò verò sufficerit, vt saltem exhibeat signa doloris, & iis se peccatorem ostendat, petatque absolui, si aliud sine periculo infectionis, aut infamiae præstari non possit, paratusque ille sit, cùm licuerit, confiteri reliquas imò absoluere etiam poteris præsens, licet ea signa coram te non dederit, si tamen à fide digno data fuisse acceperis.

Cùm domum tuam redieris, vestem superiorem ad ignem lustra, aut muta, donec illam aquâ elueris. Ut minùs periculi subeas, hortare sanos, qui sunt in loco infecto, vt foras procedant, & aperto aëre confiteantur, priusquam corripiantur eâdem lue. Suadendum idem aliis, si pestis viciniam infecerit, ita enim & ipsis, & Parocho consuletur. Video, mi Neo-Paroche, quid te angat: mortem ti-

mes,

140 *Institutionum Pastoralium*
mes, ergo depone officium. Nolo, in-
quis; ergo perge animosè; præcaue ta-
men, quantum potes iis modis, quos
sugessi. Si vel sic morière, memine-
ris in Romano Martyrologio Santo-
rum Martyrum numero accenseri eos,
qui pro iuuandis pestiferis vitam suam
exposuerunt.

NVM: XXIII.

De lethaliter vulneratis.

Si veneris ad Iæsum lethali vulne-
re; & Chirurgi, aut alii præsen-
tes, dum sanguinem sistunt, aut me-
dicamentum, ne statim expiret, ope-
rosè admouent, tibi nullam moram
permittant, vt excipere confessionem
possis: pete, vt vnum alterūmūe pec-
catum secretò iam aperiat breuissimè;
vel saltem signa det doloris, & desi-
derii confitendi, iisq; habitis, absolu:
deinde capta tempus, & plusculum
otii, vt si fieri possit, integrè confiten-
tem audias, & prout tempus feret, de-

Viat-